

*In nomine domini dei salvatoris nostri ihesu christi imperante domino nostro Constantino magno imperatore anno tricesimo set et romano magno imperatore anno septimodecimo die prima mensis nobembrii indictione undecima neapolis *Horta est itaque intentio inter nos sergium humilem abbatem presbiterum monasterii insule salvatoris domini nostri ihesu christi (1) et vos videlicet domino benedicto religiosum igumenum monasterii sanctorum sergii et bachi quod nunc congregatus es intus monasterium sanctorum theodori et sebastiani quod appellatur casapicta situm in viridiarum: propter hereditatem seu substantia quidem domini iohannis lociservatori (2) filius quidem domini leoni comobsequii. De quantum et quomodo exinde per quovis modum habet nominatus sanctus vester *monasterius sibe per offertionem a quidem domina maria et iohaquinta monacha germanas filias ipsius domini iohannis loci servatori vel ab consortes earum aut per alio quolibet modum vel rationem: Dicendo pars vestra quia quantum et quomodo de substantia nominati domini iohannis lociservatori sibe per offertionem aut per alio quolibet modum totum et integrum vobis et in nominato *santo vestro monasterio pertineret. eo quod legibus et rationaviliter illud haberetis: pars autem nostra respondit dicendo ut non *valeret neque vos neque nominatus sanctus vester monasterius rationaviliter illud habere propter quod ipse dominus iohannes lociservator per suum testamentum firmavit ut non haberet licentiam aliquis de filiis filiabus suis vel illorum heredibus quavis chartulis *aliis vel ubique facere de portione vel donatione sua per nullum modum preter vite sue post eius transitum bacuum persisteret deinde nobis pertineret in nominato sancto nostro******

*Nel nome del Signore Dio Salvatore nostro Gesù Cristo, nell'anno trentesimo di impero del signore nostro Costantino grande imperatore ma anche nell'anno diciassettesimo di Romano grande imperatore, nel giorno primo del mese di novembre, undicesima indizione, neapolis. Si è dunque giunti ad un accordo fra noi Sergio, umile abate presbitero del monastero **insule salvatoris** Signore nostro Gesù Cristo e voi cioè domino Benedetto, pio egumeno del monastero dei santi Sergio e Bacco che ora è congregato nel monastero dei santi Teodoro e Sebastiano chiamato **casapicta** sito **in viridarium**, per l'eredità ovvero i beni di domino Giovanni vicario, figlio invero di domino Leone **comobsequii**, di quanto ed in qual modo dunque in qualsiasi modo possiede il predetto vostro *monastero sia* invero per offerta da domina Maria e dalla monaca Giacinta, sorelle, figlie dello stesso domino Giovanni vicario o dai loro vicini o in qualsiasi altro modo o ragione, dicendo la parte vostra che quanto e in qual modo dei beni del predetto domino Giovanni vicario sia per offerta o in qualsiasi altro modo tutto e per intero a voi al predetto *santo vostro monastero* apparteneva in quanto lo avete in base alle leggi e con ragione, la parte nostra poi rispondeva dicendo che non *era valido* che voi o il predetto santo vostro monastero li possedevate con ragione giacché lo stesso domino Giovanni vicario nel suo testamento stabilì che nessuno dei sui figlie e figlie o dei loro eredi avesse licenza in qualsiasi *altro* atto o altrove di disporre della propria porzione o donazione in nessun modo, salvo che la sua vita dopo la sua dipartita vuoto persistesse, per cui appartiene a noi al predetto santo nostro monastero in*

monasterio propter quod ipse testamentus continet ut qui ex ipsis filiabus nominati domini iohanni lociservatori pretium pro anima sua non disposuerit quem ipse testamentus continet. iret per manum abbati nominati sancti nostri monasterii et proinde nobis exinde in aliquantum in nominato sancto nostro monasterio pertinet. et quantum exinde in publicum cecidit totum nobis pertinet per concessionem a quidem domino iohanne in dei nomine eminentissimo consuli et duci: et dum multum exinde inter nos intentio berteretur domino deo auxiliante qui es reformator omnium bonorum per colloquium bonorum hominum combenientia inter nobis exinde facta pro bona combenientia boneque voluntatis. et de omnia et in omnibus quantum et quomodo nominatus sanctus vester monasterius habet et pertinet de substantia nominati iohannis lociservatori intus vel foris sibe per offertionem ab eius heredibus vel per alio quolibet modum vel rationem: av odierna die et deinceps sex uncias exinde in vestra posterisque vestris sanctoque vestro monasterio sit potestate quidquid exinde facere volueritis. et reliquas sex uncias exinde in nostra posterisque nostris sanctoque nostro monasterio sit potestate quidquid exinde facere voluerimus. Ut omni tempore coequalis exinde esse debeat nominatus monasterius noster cum prefato vestro monasterio: et neque a nobis nominato sergio humilem abbatem presbiterum cum voluntatem cunte congregationis monachorum nominati sancti nostri monasterii neque a posteris nostris nec a nominato sancto nostro monasterio vel a nobis personis summissis nullo tempore numquam vos nominato domino benedicto religioso igumeno aut posteris vestris vel nominatus sanctus vester monasterius pro nominatas sex uncias vestras quod absit habeatis aliquando quacumque requesitionem aut molestia ha nunc et in

quanto lo stesso testamento definisce che chi degli stessi figli del predetto domino Giovanni vicario non disponesse il prezzo per la sua anima lo stesso testamento stabilisce andasse in mano dell'abate del predetto nostro santo monastero e pertanto dunque appartiene a noi alquanto al predetto nostro santo monastero e quanto dunque cadde in mano pubblica appartiene tutto a noi per concessione invero del signore Giovanni, in nome di Dio eminentissimo console e duca. E mentre dunque la questione era molto discussa tra noi, con l'aiuto del Signore che ripristina tutte le cose buone, fatto dunque un accordo fra noi per consiglio di buoni uomini per buon accordo e con buona volontà, di tutte le cose e in tutto quanto ed in qualsiasi modo il predetto santo vostro monastero ha e possiede delle sostanze dell'anzidetto Giovanni vicario dentro o fuori, sia per offerta dai suoi eredi o per altro in qualsiasi modo o ragione, dal giorno odierno e d'ora innanzi la metà sia dunque in potere vostro e dei posteri vostri e del vostro santo monastero di farne quel che vorrete e l'altra metà sia dunque in potere nostro e dei posteri nostri e del nostro santo monastero di farne quel che vorremo affinché dunque in ogni tempo il predetto nostro monastero debba essere eguale con l'anzidetto vostro monastero. E né da noi predetto Sergio umile abate presbitero con il consenso di tutta la congregazione dei monaci del predetto nostro santo monastero né dai posteri nostri né dal predetto nostro santo monastero o da persone a noi subordinate in nessun tempo mai voi predetto domino Benedetto pio egumeno o i vostri posteri o il predetto vostro santo monastero per l'anzidetta metà vostra, che non accada, abbiate mai qualsiasi richiesta o molestia da ora e per sempre, eccetto quanto della sostanza dell'anzidetto domino Giovanni vicario è stato dato in qualsiasi modo ad

perpetuis temporibus. excepto quatum de substantia nominati domini iohannis lociservatori datum est per quovis modum ad alia quavis persona per heredes ipsius domini iohannis lociservatori vel quantam exinde vincere potuerimus ab ipsis heredes ut omnia quantum exinde vincere et habere potuerimus per quaecumque modum nos aut posteris nostris. Nullatenus vos aut posteris vestris vel nominatus sanctus vester monasterius nos aut posteris nostris vel nominatus sanctus noster monasterius licentiam habeatis querere per nullum modum nec summissis personis imperpetuum set totum super nos illud tollere et habere debeamus: Interis namque stetit inter nobis propter ille quante quos vos aut nominatus sanctus vester monasterius dedistis aut dare habuistis de hoc unde superius sex uncias nominatus noster monasterius diximus habere vel de illud quod vos aut nominatus sanctus vester monasterius de nominata substantia venditum habetis ut quantum et quomodo ex ipse quante per quovis modum vincere potuerimus nos aut posteris nostris dividamus illud per sex uncias nos aut posteris nostris vel nominatus sanctus noster monasterius uncias sex. et vos aut posteris vestris vel sanctus vester monasterius similiter uncias sex: Veruntamen stetit inter nobis ut quantum de nominata substantia nominati domini iohannis lociservatori iam venundatum habetis vos aut nominatus vester monasterius unde solidos apud nominato sancto vestro monasterio recepti sunt. ut nullam partem nos aut posteris nostris vel nominatus sanctus noster monasterius. vobis posterisque vestris aut in nominato sancto vestro monasterio querere licentiam habeamus per nullum modum nec per summissis personis imperpetuum: chartule vero offertionis quante de nominata substantia facte sunt in nominato sancto vestro monasterio apud vos illas habetis. et nos apud nos nominatum testamentum et

altra qualsiasi persona dagli eredi dello stesso domino Giovanni vicario o quanto dunque potremo conseguire dagli stessi eredi come tutte quante le cose dunque che potremo conseguire ed avere in qualsiasi modo noi e i posteris nostri. In nessun modo voi o i posteris vostri o il predetto vostro santo monasterio abbiate licenza di chiedere a noi o ai posteris nostri o al predetto nostro santo monasterio in nessun modo né tramite persone subordinate in perpetuo ma tutto dobbiamo prendere ed avere per noi. Inoltre fu anche convenuto fra noi per quel quinto che voi o il predetto vostro santo monasterio avete dato o dovete dare di ciò di cui sopra la metà il predetto nostro monasterio abbiamo detto avere e di quello che voi o il predetto vostro santo monasterio dei predetti beni avete venduto affinché quanto e in qual modo dello stesso quinto in qualsiasi modo potremo ottenere noi o i nostri posteris dividiamo quello per metà noi o i nostri posteris o il predetto nostro santo monasterio e per metà voi o i vostri posteris o il vostro santo monasterio. Tuttavia fu stabilito fra noi che di quanto dei predetti beni dell'anzidetto domino Giovanni vicario avete già venduto voi o il predetto vostro monasterio di cui i solidi presso il predetto vostro santo monasterio sono stati recepti, nessuna parte noi o i nostri posteris o il predetto nostro santo monasterio abbiamo facoltà di chiedere a voi e ai vostri posteris o al predetto vostro santo monasterio in nessun modo né tramite persone subordinate in perpetuo. Invero la carte di offerta quante dei predetti beni sono state fatte avete presso di voi nel predetto vostro santo monasterio e noi presso di noi il predetto testamento e l'anzidetta cessione, affinché in ogni tempo noi e i posteris nostri e voi e i posteris vostri quando fosse necessario dobbiamo mostrare tra le parti per comune beneficio senza mancare

iamdicta cessione: ut omni tempore nos et posteris nostris et vos et posteris vestris quandoque necessas fuerit inter partes illas hostendere debeamus pro commune salvatione nullam inter partes mittentes occasionem: Quia ita inter nobis combenit: Si autem nos aut posteris nostris vel nominatus sanctus noster monasterius quovis tempore contra hanc chartulam combeniente securitatis ut super legitur venire presumserimus et minime adimpleverimus hec omnia nominata per quolibet modum aut summissis persona tunc componimus vobis posterisque vestris vel in nominato sancto vestro monasterio auri solidos trigintasex bytianteos. et hec chartula combenientie securitatis ut super legitur sit firma: scripta per manus andrea curialis et scriniarius per nominata undecima ✕

✕ Sergius abbas subscripsi ✕

✕ leo presbiter subscripsi ✕

✕ Iohannes presbiter subscripsi ✕

✕ Iohannes monachus subscripsi ✕

✕ ego petrus filius domini iohannis rogatus a suprascripto abbate una cum cuncta congregazione testi subscripsi ✕

✕ ΕΓΩ ΓΡΕΓΟΡΙΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΑΤΑΧΛΑΡΥΚΥ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTO ΑΒΒ ΚΟΥ ΚΟΥΝΚΤΑ ΚΓΡΕΓΑΖΟΝΕ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ✕

✕ ΕΓΩ CΕΡΓΙΟΥΣ ΦΙΛΙΟΥΣ ΔΝ ΙΟΑΝΝΙ ΡΟΓΑΤΟΥΣ Α CCTO ΑΒΒ ΚΟΥ ΚΟΥΝΚΤΑ ΚΓΡΕΓΑΖΟΝΕ ΤΕCΤΙ CΟΥΒ ✕

✕ Ego andrea curialis et scriniarius complevi et absolvi die et indictione nominata undecima ✕

alcuna occasione tra le parti. Poiché così fu tra noi convenuto. Se poi noi o i nostri posteri o il predetto santo nostro monastero in qualsiasi tempo osasse contrastare questo atto di accordo e garanzia come sopra si legge e per niente adempissimo tutte queste cose menzionate in qualsiasi modo o tramite persone subordinate, allora paghiamo come ammenda a voi ed ai posteri vostri o al predetto santo vostro monastero trentasei solidi aurei di Bisanzio e questo atto di accordo e di garanzia, come sopra si legge, sia fermo, scritto per mano di Andrea, curiale e scriniario, per la predetta undicesima *indizione* ✕

✕ Io abbate Sergio sottoscrissi. ✕

✕ Io presbitero Leone sottoscrissi. ✕

✕ Io presbitero Giovanni sottoscrissi.

✕

✕ Io monaco Giovanni sottoscrissi. ✕

✕ Io Pietro, figlio di domino Giovanni, pregato dal soprascritto abbate insieme a tutta la congregazione, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Gregorio, figlio di domino Atalarico, pregato dal soprascritto abbate insieme a tutta la congregazione, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Sergio, figlio di domino Giovanni, pregato dal soprascritto abbate insieme a tutta la congregazione, come teste sottoscrissi. ✕

✕ Io Andrea, curiale e scriniario, completai e perfezionai nel suddetto giorno e nella suddetta undicesima indizione. ✕

Note:

(1) E tribus monasteriis, quae in *Insula Salvatoris* olim condita fuerunt, unum simul cum sua ecclesia dicatum fuisse S. Michaeli Archangelo Claritius quidem iam docuit (*pag. 190*). Cum tamen documentum, ex quo monasterii huiusce mentionem hausit, conscriptum fuisse edixerit sub Constantino vel Duca, vel Monomacho, qui saeculo XI. graecum Imperium obtinuerunt, hinc patet longe antiquiorem habendam esse ipsius monasterii mentionem, quae et nostra hac anni 937 membrana eruitur.

Insulam porro *Salvatoris* eam fuisse quae et Megaris olim, nunc vero *Castello dell'uovo* appellatur, idem Claritius (*pag. 180 et seqq.*) patefacere conatus est adversus Mazochium, qui eamdem pro Niside

habuit. Nihil nos heic de ipsa Insula edisserimus, cum de ea plurima quidem prodita sint a Claritio, quem propterea adeundum censemus ab iis, qui nostrarum antiquitatum investigatione delectantur.

(2) Infimae latinatis glossaria *loci servatores* pro vicariis ac locumtenentibus interpretantur. Apud nostrates aevi medii scriptores tum vocabulum hoc, tum graecum τοποτηρητης, quod eidem latino omnino respondet, non raro occurrunt. In Lupi Protospathae chronico ad annum 1018 legitur: *Ligorius Tepoteriti* (nempe Topoteretes) *fecit praelium*. Item anonymus barensis eiusdem nominis mentionem habet in anno 1041, ubi ait: *Et Arduino Lambardo intravit in Melfi, erat Topoteriti de ipso Catepano*. Ex quibus patet τοποτηρηταις istis belli administrationem commissam fuisse. Vox porro *lociservator* deprehenditur in actis S. Theodori, quae Bonitus Ecclesiae neapolitanae subdiaconus sese conscripsisse ait hortata *Gregorii parthenopensis loci servatoris*. Eodem hoc titulo donatum fuisse Sergium in actis translationis S. Athanasii ostendit Mazochius (*De sanctorum neapolitanae ecclesiae Episcoporum cultu t. II. pag. 372 n. (27)*) adversus Bollandistas, qui pro huiusmodi titulo ab amanuensi praetermisso verbum *florebat* in iisdem actis reponendum putarunt. Hic Sergius ac Gregorius dicti *loci servatores* Mazochio visi sunt, quod neapolitanis Ducibus vicariam operam praestiterint, ac propterea *loci servatores* iidem sibi fuerunt ac vicarii, non secus ac *loci servator Comitis* erat eius vicarius, uti patet e lege Langobardorum (*Lib. I. tit. 25 §. 78*). Verum Muratorius (*A. M. AE. t. I. dissert. X, pag. 80*) quoddam inter *lociservatores*, ac vicarios discrimen intercessisse arguit e praecepto Marini neapolitani Ducis, quod exhibet Chronicon vulturnense anno 948; siquidem ibi Dux idem sanxit, *ut a nullis exactoribus nostris, idest loci servatoribus, Tribunis, Vicariis etc.* Ipsos praeterea neapolitanos *loci servatores* nonnihil diversos quoque ab eo, qui *Maior populi* vocabatur, existimavit Pellegrinius, qui apud eundem Muratorium (*Rer. Ital. Script. t. II. part. I. pag. 339*) *Maiorem populi* ait *apud neapolitanos non summo imperio, sed iuxta demandatam sibi definitamque potestatem res publicas administrasse, ac eius praeter caetera munus fuisse vectigalia redditusque curare; ipsum tamen censendum esse nonnihil diversum ab eo, qui latine loci servator, graece τοποτηρητης dicebatur.*